[Continuatio
Pauli Scordillae]

~~Reliqua de Opizone.~~

In qua (~~sede videlicet Ravennati~~) cum confectus esset senio, et debitis agrava-tus, potissime servitio[a] per eum Ecclesiae Romanae ~~praestito~~ promisso, non profuit, immo tradidit Argentam Azzoni Marchioni Estensi[b], quam postmodum nullatenus recuperare potuit, et de qua multum redarguebatur a Romana Sede, et ob hoc in curia Romana citatus, variis tribulationibus anxiatus et infirmitatibus aggravatus[c] pauperimus in Urbe-veteri vitam finivit anno Domini MCCC, Indictione III, XII die septembris, et sepultus est in Ecclesia Fratrum Minorum juxta altare majus.

in marg. alio atram. sed ead. manu: al' millesimo CCCXIII, de sancte Agnetis, in mense Januarii.

De Raijnaldo
Archiepiscopo LXXXV.

Raijnaldus LXXXV de Mediolano de domo de Corrigio. Hic antea fuit Episcopus Vicentinus, homo sanctae et honestae vitae, qui multa miracula fecit. [Circa annos Domini millesimo MCCCXIV de men-

a) ſ
b) Extensis
c) agrevatus

a)uncis incl. alio atram. sed ead. manu in marg. suppl.